




Aug VI 182

Occasionalia
p. 111
vol. 22
W-182.

W-182

VIRIS
 NOBILISSIMIS, CLARISSIMIS
 ATQUE DOCTISSIMIS
 DOMINO
 CHRISTIANO
 CRUSIO,
 NEC NON
 DOMINO
 CHRISTIANO
 VVEINISIO,
 VRATISLAVIENSIBUS,
 PHILOSOPHIÆ ET S. THEOLOGIÆ
 CULTORIBUS,
 SUMMOS IN
 PHILOSOPHIA HONORES
 A.O.R. MDCCXVI. PRIDIE CALENDARUM MAJI
 AB INCLUTA
 FACULTATE PHILOSOPHICA LEUCOREA
 I.M.Q.
 DELATOS
 GRATULATUR
 PAR AMICORUM LIPSIENSIIUM.
 LIPSIAE,
 TYPIS IMMANUELIS TITII



*Conspectus subeunt ut nostros Nor-
mina Phœbus
Leucorei Præses Pindi, quæ digna
putavit,*

*Splendente ut radient numero serieque Sophorum:
WEINISI antiqua TE consuetudine nobis
Conspicimus junctum, nostros habitare videris
Ceu præsens oculos; tanta est vis insita Vinclis,
Quæ sibi constringunt eadem Vexilla secutos.
Alter & accedit quæsito CRUSIUS auro
Clarus Jafonio. Genuit communis utrumque
Patria, quæ claris gestit cunabula donis*

*Inficere illorum, quos fecundissima Mater
Exclusit partu. Cives hinc conscia Vestri
Pectora gestantes studii, non vana Parentum
Volventes animo de docta gaudia prole:
Quidni applaudamus, vestrosque sequamur amœnos
Votis successus? meditamur ut illud arena
Leucoræ & Pindi quem Plissa allabatur undis
Nos pellexit Amor. Producat Slesia fœtus
Ætatem studio teneram modo fingat eorum,
Luxuriæque ab iis lethales arceat herbas,
Absolvunt illos doctæ commercia gentis
Saxonici gladii, quæ sarta & tecta tuentur,
Quando peregrini digna sunt merce beati
Panditur ansa illis merces exponere doctas,
Docto adscribuntur numero, successibus urget
Successus Pallas. Juvenum **CLARISSIMA** Biga
Cum **VOS** fors eadem maneat, referetur honorum
Cum Vobis fanum, studiisque æquata petatis
Præmia, gratantur Vobis hæc prospera fata,
Quorum jam dudum subivistis scrinia, Cives.
Victa Barbarie redimiti tempora lauro*

*Signa triumphantum præfertis. Præparet ambos:
Æther, barbariei instar, quæ territa fugit,
Hostiles turbas, quo profligare queatis,
Quæ jucundam animi requiem turbare minantur.
Intra Musarum jucunda silentia tempus
Fallite, quod VOBIS vel ab omni parte beatum
Labatur, donec tacito Vos impete tractos
Ulnis excipiat Suavissima Patria passis;
Muneribusque suis compenset tempora noctis
Somno demta pigro, studiis ex asse dicata.*



Ung. VI 182

FLCN



VIRIS
 NOBILISSIMIS, CLARISSIMIS
 ATQUE DOCTISSIMIS
 DOMINO
 CHRISTIANO
 CRUSIO,

NEC NON

DOMINO
 CHRISTIANO
 CRUSIO,

PHILOSOPHIAE ET S. THEOLOGIAE
 PROFESSORIBUS,

SUMMOS IN
 PHIA HONORES

PRIDIE CALENDARUM MAJI
 AB INCLUTA
 PHILOSOPHICA LEUCOREA

I. M. Q.
 DELATOS
 GRATULATUR
 URUM LIPSIENSIIUM.

LIPSIÆ,
 IMMANUELIS TITII.

